nō quidē triſtař de hoc vel de hoc ſm̄
ſe. qꝛ talis eſt priuatio boni moralis.
ſꝫ qꝛ demeritum reſpectu pene damni
Tertius vermis ē ſm̄ Alb. ſuꝑ miſſaꝫ
de bono a ſeipſo omiſſo qd̄ ſi feciſſet
minoꝛa mala ſuſtineret. Et ſm̄ Alb.
ibidē. Hi tres vermes nūq̄ perpetue
creſcēt nec decreſcent.qꝛ ſunt de p̄teri
toꝛ de neceſſario. Quartꝰ vermis eſt
ſm̄ eundē de malo cuius ipſe potuit
eſſe cauſa vt fieret in alio. ⁊ ille vermis
creſcet ⁊ mitigabiř. Si eñ ꝑ malū ſuū
cauſa eſt mali in alio. totiēs creſcit ver
mis quotiēs creſcit ⁊ dilatař malū il-
lud in alios q̄s inuoluit. Et i hoc ſen-
ſu dicit Amb. ꝙ ignoratur pena Arrij.
qꝛ neſciř q̄t erroꝛe eiꝰ ſint ſubuertēdi.

Si aūt cā fuit vt bonū fieret totiēs de
creſcit vermis quotiēs bonū illō mul-
tiplicabiř. h̄ Alb. Quintus vermis vt
dicit Tho. vbi p̄us eſt coꝛpalis qd̄am
modo. Pōt tn̄ q̄t etiaꝫ dici ꝙ ꝑ vermē
ſpūalē caro affligetur. ſm̄ ꝙ paſſiōes
anime redundāt in coꝛpus. ⁊ hic. ⁊ in
futuro. Vñ Eccl.vij. Vindicta car-
nis impij ignis ⁊ vermis.

## Capitulum.iiij.

De tertio p̄ncipali videlꝫ de pe-
na damnatoꝝ reſpectu ſupioꝝ
Notādū.ꝙ talis in genere tri-
plex ē. Pria eſt ſubtractio celeſtis ſo-
lacij hoim beatoꝝ ⁊ angeloꝝ. ⁊ alliga-
tio ad carcerē inferni in ſocietatē pec
catoꝝ ⁊ demonū. Scda ē p̄uatio triuꝫ
dotū aīe. ⁊ adeptio ipius oppoſitoꝛū.
Tertia eſt certitudo de interminabili
tate oim̄ p̄fatarū penaꝝ. ⁊ de redēpti-
one deſpatio. Pria inquā pena eſt ſe-
ptuplex. Pria ē ꝙ palatio amenıſſi A
mi celi p̄uabunř. qd̄ ē patria oi rōnali
creature deſiderabiliſſima. Sic cētrū
terre grauibꝰ. ita aīe centrū ē celū. Scda
eſt ꝙ infernali loco igneo ꝑpetue con
tēplando alligabūř. Vñ Math.xxv.
Ite maledicti in ignē eternuꝫ. Tertia
eſt p̄uatio nālis ſocietatis ad beatos
hoies a q̄bus tot gaudia deberēt reci-
pere q̄t ſūt beati homies. Quarta eſt
adeptio ſocietatis damnatoꝛuꝫ hoim
de q̄bus tāto plures triſticias recipiēt
quāto plures damnati exiſtūt. Quin
ta eſt p̄uatio ſocietatis angelice natu-
re. q̄ propinqua eſt nr̄e aie. de quoꝛuꝫ
angeloꝝ ſocietate gaudere poſſent. ſic
de hoim ſocietate. Sexta eſt introitꝰ
ad ſocietatē demonū infinitoꝝ qd̄am
modo. a quibus etiaꝫ tot mala recipi
ent. quot ſunt defoꝛmiſſimi demones
Septima ē ſocietas peſſimi demonis
et turpiſſimi luciferi. Que omnia no
tātur ibi in verbis xp̄i. Qui paratꝰ eſt
diabolo. et angelis eius. Secunda B

pena eſt ꝑuatio trium dotū anime. et
adeptio oppoſitoꝝ ei⁹. Aīa em̄ btōꝝ
habebit ꝑmo viſionē dei clarā. q̄ deco
rat intellect⁹ in mun⁹ fidei hic habite.
Scd̄o cōprehēſionē dei q̄ ꝑficiet me-
moria in munus ſpei. Tertio fruitiōꝫ
dei delectabiliſſimā q̄ quietabit volū-
tas i mun⁹ charitatꝭ vievt docet Tho.
in. iiij. diſ. xlix. Sic aīa dānati q̄nqꝫ pe
nas ediuerſo habebit q̄ruꝫ q̄libet qō-
ammō in īfinitū excedet oēs p̄renoīa
tas penas gehēne. vt dicit Chryſo. de
repatōe lapſi. Sic creator excedit cre-
aturā. q̄r obiecta triū dotū ſunt in in-
finitū. verū. ens ⁊ bonum. ḡ oppoſita
ſunt. falſiſſimū. miſerrimū ⁊ peſſimū.
Sic igit̄ de⁹ delectabiliſſimū ⁊ ſūmuꝫ
bonū obiectū ē btīs. ita ⁊ diabolus ſcꝫ
ſathan ē ſummū ⁊ terribiliſſimū obie-
ctum dānatis. Cui⁹ em̄ obiectū ē opti
mū. ei⁹ oppoſitū ē peſſimū. Pria igit̄
pena ē ꝑuatio viſiōis btifice ⁊ oīm ibi
ſcibiliū q̄ vidiſſet ſi nō i mortali defū-
ctus eēt. Rōe hui⁹ ꝑuatiōis intellect⁹
perpetuā ſitim nālem patiet̄ aīa dāna
ta. q̄r ſm pħm. j. metha. Ois hō nālit̄
ſcire ōſiderat. Et ꝑut ꝯmētator Auer-
rois exponit. nō quietat̄ intellect⁹ niſi
ſūmū veꝝ fuerit adept⁹. Hac ſiti aīa
nō corp⁹ diuitis in iferno ſitiebat. cuꝫ
ait. Mitte lazaꝝ vt intingat extremuꝫ
digiti ⁊c̄. Scd̄a pena correſpondēs in
gratitudini fidei ē viſio perpetua oīm
demonū ⁊ aīaꝝ turpiſſimarū. ꝑſertim
peſſimi demonis. De q̄ Math. xxv.
Qui patus eſt diabolo ⁊ angel' ei⁹. Et
ſic puniet̄ itellect⁹ acerbiſſime. Qua-
lis aūt ſit peſſimi demōis facies. hāc
deſcribit Job. xlj. ſub ſilr̄udine dicēs
Sternutatio ei⁹ ſplēdor ignis. ⁊ ocl'i
ei⁹ ſic̄ palpebre diluculi. de ore eius lā
pades ꝓcedūt. ſicut tede ignis accēſe.
De narib⁹ ei⁹ ꝓcedit fumus ſicut olle
ſuccēſe atqꝫ feruētis. anhelitus ei⁹ pru
nas ardere facit ⁊ flamma de eius ore
egredit̄. in collo ei⁹ morabit̄ formido.
⁊ faciē ei⁹ precedit egeſtas. Sup quo
Alb. vbi. ſ. Sternutatio diaboli ē peſ
ſimus conatus malignādi. Splēdor
ignis ꝓdicit̄ nō a claritate. ſꝫ a terribili-
tate ⁊ crematiōe. Ocl'i ei⁹ tremebūdi.
vbi intelligit̄ furia demōis ſicut i ira-
tis. Os aūt q̄ loq̄t ad aīam emittit lā
pades. q̄r incēdit aīas. ⁊ cogitatōes in
malū. De narib⁹ eius. i. a capite. vnde
procedere dꝫ diſcretio. ꝓcedit fumus
de mētis ꝯcupiſcētie ⁊ furor irrōnalis
Habit⁹ iniq̄ volūtatis prunas ardere
facit. i. impios igne infernali ſuccēſos
Collū ei⁹ eſt ceruicoſa ſupbia ipſi⁹. in
qua eſt formido. q̄r plus audet ſupba
temeritas q̄̄ꝫ poſſit explere. Et egeſtas
oīs boni ꝓcedet faciē ei⁹. Tertia pena
eſt ꝑuatio ſūme ꝑfectōis diuie ⁊ etiaꝫ
amicitie quaꝫ tñ omnis aīa deſiderat
nālıter q̄r a deo primo ꝓceſſit. Unde
. j. Eth. Oia bonū appetūt. ḡ optimū
maxie. Et. j. confeſ. Aug. Feciſti nos
domie ad te. ⁊ inquietū eſt cor noſtrū
donec requieſcat in te. Erūt em̄ in ſum-
ma diſtātia a celo. beatis ⁊ deo. quorū
adeptionē nūqꝫ habebūt. Quarta pe
na ē adeptio ſūme miſerie. intus ⁊ ex-
tra. ſupra ⁊ infra. a dextris ⁊ a ſiniſtris
ante ⁊ retro. Ut ſicut diligētibus deū
oīa in bonū cooperabunt̄. Ita deum
odientibus oīa cooperent̄ in malum
corr̄ndēs ſpei. quam in creaturas deo
poſtergato poſuerunt. ⁊ ſic memoria
dānatoꝝ erit miſerrima. Quita pena
loco fruitiōis delectabil' beatorū erit
in damnatis triſticia ⁊ dolor oīa ꝑſata
ꝯñs. Tertia ꝑncipal' pena cōplens  C
oēm miſeriā eſt certitudo de ꝑpetuita
te penaꝝ oīm ſupradictaꝝ xp̄o dicēte
Ite in ignē eternum. Et in ſymbolo.
Qui vo mala egerūt ibūt in ignē eter
nū. Et hec eſt fides catholica. quā niſi
q̄ſqꝫ integre firmit̄ ⁊ inuiolabiliter cre
diderit ſaluus eſſe nō poterit. Et ſicut

ſm Aug. nō eſſet pfecte quis beatus
deū clare videns et eo fruens niſi eſſet
de perpetuitate iſtoꝝ certus. Sic ſuo
mō etiā certitudo de nulla redēptiōe
cōplet miſeriā damnatoꝝ. Et pōt dici
triſticia abſorptiua ſm Sco. ſup. iiij.
carētia beatitudinis, qꝛ eius deſideriū
maxie ſpecialiꝭ ineſt nature ſibi ſine
freno iuſticie derelicte. eiuſdē eñ bea-
titudinis perpetua carētia pcepta cō-
D tristat totū abſorbēdo. H ille. ¶ Dubi-
taꝭ circa pmiſſa. vtrū conſideratio pe
naꝝ inferni plus moueat ad dimittē-
dū pctā et ſeruāda mandata ꝗ ꝯſidera
tio gaudioꝝ celi. Rñ. ſm mgrm Hen
ricū de haſſia. ſup Geñ. diſtinguēdo.
Sūt eñ tria genera hoim. Quidam
carnales et mūdani. Alij ſunt ſenſua-
les et impfecti. Tertij vo ſunt ſpūales
et pfecti. De pmis ergo dicēdū ꝙ mū-
danos et carnales fidē habentes plus
mouēt pene inferni ꝗ gaudia celi. qꝛ
.i. Coꝝ. ij. Aialis hō nō ſapit ea q̄ dei
ſunt. imo talib⁹ guſtū infectū hñtibuſ
ſpūalia deſipiūt vſqꝫ ad nauſeam. Pri
mos etiā plus mouet cōminatio pre
ſentis ſeculi ꝗ futuri. quia pene pñtis
ſeculi ſunt cōiter p expientiā note. ſilr
et bona puata ſunt auide amata. De
ſecūdis dicēdū ꝙ pmiſſio bonorū tē-
poraliū plus mouet impfectos ꝗ p-
miſſio celeſtiū et ſpūalium. Ob hoc cām
in veteri teſtamēto vbi nullus celū in-
trauit qñ lex impfecta fuit. deus pmi
ſit tpalia. et cōminat⁹ eſt penas graueſ
trāſgreſſoribus. ſʒ in nouo teſtamēto
ꝯtrariū xps fecit. laudādo paupertatē.
et neminē occidēdo. qꝛ lex eſt charita-
tis pfecte. Tñ ſicut ſm Aug. in veteri
teſtamēto pauci erāt pfecti. et p tanto
ad nouū teſtamētū ptinebāt q̄ eius le
gem in paupertate ſeruauerūt. Ita ho-
die in nouo teſtamēto multi ſunt ad
vetus teſtamētū ptinētes morib⁹. q̄s
plus moueret ad dei ſuāda mandata
promiſſio preſentiū temporaliū ꝗ fu-
turoꝝ. et ſilr cōminatio penaꝝ ciuiliū
Sʒ hec xps nec dare hic nec pmitte-
re voluit. qꝛ ob talē reſpectū mādata
implere. nō eēt ſalutare multū. ſʒ tūc
eſt ſalubre qñ ob dei bonitatē pncipa
liter pcepta ſuamus. De tertijs dicen
dū. ꝙ vt plurimū ſalubrius mouet iu
ſtos et pfectos meditatio gaudioꝝ celi
ꝗ meditatio penaꝝ inferni. licet vtra-
qꝫ ſalubriter moueāt. Primū pʒ quia
cōſideratio bñficioꝝ excellētiū et pnci
paliū eſt efficacior in cauſando amo-
rē dei intuitu ſue bonitatis preciſe ꝗ
ſit cōſideratio bñficioꝝ min⁹ pncipali
um. Secūdū pʒ. qꝛ ꝯtēplatio penarū
inferni facit bonos et iuſtos ferri i deū
p dilectionē inꝗtū ſūme iuſt⁹ eſt. ſic
meditatō gaudioꝝ celi facit ipm ama
ri inꝗtū ſūme pius ē liberalis et bon⁹
Dicit aūt notāter vt plurimū. qꝛ ꝯſide
ratio penarū pōt etiā haberi cū moti
uo maxie dei bonitatis. Ipſe eñ tanꝗ
piiſſimus pater maxime nos diligēs
penas inferni idcirco inſtituit vt ab eo
ꝯfugi ipis inſpectis et vndiqꝫ male ſu-
ſcepti ad eū redeam⁹. Et ſic hñt pene
inferni rōnē maximi bñficij. et p ꝯñs
charitatiue mouere ad deū.

¶ Capitulū. v.

Poſtremo de pmio ſeruantiū A
decalogū. tertius tractat⁹ erit.
videlʒ de gaudijs future beati
tudinis. De quibus tria etiam ſunt vi
denda. Primo de gaudijs exteriori-
bus quinqꝫ ſenſuum. Secundo de in
terioribus. Tertio de ſuperioribus. ex
teriora ſunt i genere quattuordecim.
ſcʒ celi collocatio. mundi renouatio.
quinqꝫ ſenſuū actuatio. dotū ꝗttuor cor
poris. et trium aie collatio. aureolaꝝ et
fructuū datio. beatoꝝ aſſociatio et xpi
hūanitatis ſenſatio. ¶ Primū ē celi B
collocatio. Eſt aūt celū in q̄ collocant
beati ſm doctores in. ij. diſ. ij. dictum

empirreū ob sui luminositatē non ob calorē ē capacitatis q̄dāmō infinite. ē ⁊ vniforme imobile ⁊ icorruptibile in tra se splēdidissimū. ad ex̄ ñ radiatiuū ad nr̄m visum. licet ſm Tho. in sūma in ista inferiora nobilissime influat.
Dubitat̄. vtrū diuerse māsiones sint in celo empirreo. R̄ñ. Tho i. iiij. dis. xlix. ꝙ sic. Vbi tria ſm eū notāda sūt Prīo ꝙ diuersi sunt ḡdus i btis q̄ ad eoꝝ btitudines. Scd̄o q̄ ad māsiones Tertio penes q̄d attēdant̄ iste differē tie. Prīo sunt ḡdus btitudinis in bea tis nō q̄ ab obiectū. ꝫ q̄ ad opationē. Beatitudo em̄ ꝯsistit ſm ph̄m. x. eth. in duobꝰ. Primo in nobilissima opa tione. scꝫ in vidēdo diligēdo ⁊ fruēdo deū clare. ⁊ vnꝰ clarius alio ista hꝫ. Et sic btitudo hꝫ gradus. Cuiꝰ rō ē. quia p̄miū debet correspōdere merito. sed vnus plus q̄ȝ alius hic meruit. Vñ. j. Coꝝ. xv. Stella differt a stella in clari tate. sic erit ⁊ resurrectio mortuoꝝ. Se cūdo ꝯsistit in obiecto nobilissimo. s. deo. Et sic btitudo nō hꝫ ḡdus. q2 deꝰ est vnicꝰ q̄ ab oibꝰ videt̄. Vñ Matth. xx. dr̄. ꝙ oēs acceperūt singulos de narios. Scd̄o notādū ſm eundē ibi dem. ꝙ sūt etiā gradꝰ in celo q̄ ad mā siones aie ⁊ corpis. vt docet autoritas Joh. xiiij. In domo prīs mei mansio nes multe sunt. Et rō. q2 in q̄libet ciui tate ⁊ q̄libet palacio bñ ordinatis est māsionū distinctio. ꝫ celū ē ordinatis sima ciuitas. ſm ꝙ Apoc. xxj. dr̄. Pri mo ostēdet̄ ſm Tho. mansio aie. scd̄o corpis. Pro intellectu p̄mi notandū. ꝙ sicut māsio in corpalibꝰ ē locꝰ cor poralis in q̄ q̄ete q̄s habitat post mo tū. Sic in spūalibꝰ post q̄ȝ hic q̄s mori bꝰ v̄tutū laborauit tādē i loco suo vi delicet deo q̄escet dulcissime velut in domo ꝓpria. dicēte btō Aug. j. ꝯfes. Fe cisti nos dn̄e ad te. ⁊ inq̄etū ē cor nr̄m donec requiescat in te. Et Matth. xj.

xp̄s ait. Venite ad me oēs q̄ laboratꝪ ⁊ onerati estis. ⁊ ego reficiā vos. Vñ assecutio vltimi finis appetitiui motꝰ nr̄i dr̄ māsio. ⁊ iō diuersi mōi assequē di finē vltimū dicunt̄ diuerse māsiōes ⁊ tñ cū deꝰ adeptꝰ est. vnica ē oim mā sio ⁊ domꝰ et vnitas domꝰ respōdeat vnitati btitudinis q̄ ē ex p̄te obiecti. ⁊ pluralitas māsionū respōdeat differē tie. q̄ est in btitudine ex p̄te btoꝝ. Sic etiā videmꝰ in rebus nālibus ꝙ idē ē locus sursum oim leuiū ad quē tēdūt ꝫ vnūquodq̄ ꝑtingit ꝓpinquiꝰ ſm q̄ȝ est leuiꝰ. Et ita hn̄t diuersas māsiōes ſm differētias leuitatis. ⁊ hec q̄dē di cta sūt de loco spūali aie. ¶Sꝫ d̄ loco C
corpis dic̄ Tho. in. iiij. di. xliiij. Locꝰ cōgruus vnicuiq̄ȝ corpi gl'ioso depu tatus ſm gradū sue dignitatis ꝑtinet ad p̄miū accidētale. non tñ oportet ꝙ diminuat̄ aliq̄d de p̄mio quātūcūq̄ȝ ē extra illū locū. q2 ille locꝰ nō ꝑtinet ad p̄miū ſꝫ ꝙ actu ꝯtiet corpꝰ locatū cū nihil influat in corpꝰ gl'iosuꝫ. ꝫ magis recipiat splēdorē de ipso ſm ꝙ debitꝰ est ꝓ meritis. vñ gaudiuꝫ de tali loco manet etiā ei q̄ ē ex̄ locū illū. h̄ Tho.
¶Tertio natandū ꝙ q̄ ad p̄miū eēn tiale ille simplr̄ i celo d̄o ꝓpinq̄orē ha D
bebit māsionē q̄ h̄ plꝰ hūit d̄ charitate Cuiꝰ rō ē ſꝫ Tho. ibidē. q2 tota rō me rēdi i actu aliq̄ ⁊ ꝑncipiū merēdi ē cha ritas. Et iō ſm eiꝰ diuersitatē p̄mia di stinguent̄. q̄ȝuis etiā ex ipo ḡñe actus possit aliq̄s ḡdus i merēdo ꝯsiderari. nō q̄dē respectu p̄mij essentialis q̄d ē gaudiū d̄ deo. ꝫ respectu alicuiꝰ p̄mij accidētalis. quod ē gaudiū de aliquo bono creato. Vñ q̄ hic plus habet de charitate. illius cor anime ⁊ oculi aie in patria erunt aptiores ad recipiēdū maiorē habitū luminis glorie. ⁊ q̄ cla rius videt. plus diliget. ⁊ q̄ plus di liget plus gaudebit. et deo propin quior erit. hec d̄ Tho. in summis. Ex

q̄uib⁹ ptȝ p̄mo ꝙ maritata ꝓpinq̄ui⁹
deo i p̄ria ꝯiūgent̄ ⁊ ſimpl̄r mai⁹ gau
diū habebit q̄ꝫ virgo mīoꝛis charitat̄.
Difficile tn̄ eſt maritatā maioꝛē chari
tatē hr̄e q̄ꝫ v̄ginē. qꝛ ſm ap̄lm. j. Coꝝ.
.vij. mulier cogitet ea q̄ viri ſunt. Vn̄
alibi dr̄. De v̄ginib⁹ p̄ceptū dn̄i nō ha
beo. ꝯſiliū aūt do. Patet ſcdo ꝙ in do
mo celi empirrei coꝛꝑalit̄ vn⁹ plus ap
propinq̄t hūanitati xp̄i ſȝ ꝙ plus me
ruit hic. vt ꝓbabile videt̄. Et ſi ꝓpinq̄
tati aīe ad deuȝ corn̄det ꝓpinq̄tas ad
xp̄i hūanitatē. tūc maritata etiā ſic p̄t
plus hūanitati xp̄i appropinq̄re q̄ꝫ te
pida virgo. Vn̄ xp̄s Marie magda-
lene familiarioꝛ fuit. Patet tertio ꝙ
aliquo alio reſpectu v̄gines ſunt pro-
ꝓpinq̄ſſime quo ad accidētale p̄miū.
videlicet aureolā. de q̄ videbit̄ de au-
reolis poſtea. qꝛ Apoc. xiiij. Sequun
tur agnū quocūq̄ꝫ ierit. Deinde vidue
⁊ poſtea ꝯiugate. ⁊ demū alij cōtinen
tes. ⁊ poſtremo pueri. Pro illo videt̄
facere ꝙ xp̄s in cena Johānē ꝓpinq̄o-
rē ſibi ⁊ familiarioꝛē in ſeſſione oſ̄dit
E q̄ꝫ Petro xp̄i vicario. ¶ Secundū p̄n
cipale extrinſecū gaudiū eſt mūdi vi
ſibilis purgatio ⁊ innouatio. De quo
notat Tho. in. iiij. diſ. xlvij. vbi cauſaȝ
purgatōis mūdi īferioꝛis aſſignat ſic
qꝛ mūdus aliq̄ mō ꝓpt̄ hominē fact⁹
eſt. opoꝛtet ꝙ q̄n hō gloꝛificat̄ ſm coꝛ
pus. etiaȝ elemēta hui⁹ mūdi opoꝛtet
ꝙ ad ſtatū melioꝛē mutent̄, vt ſic loc⁹
ſit ꝯueniētioꝛ ⁊ aſpectus delectabilioꝛ
Ad hoc aūt ꝙ gloꝛiā coꝛpis hō ꝯſeq̄t̄
opoꝛtet p̄us remoueri ea q̄ gloꝛie op-
ponunt̄. q̄ ſunt duo ſcȝ coꝛruptio ⁊ in
fectio culpe. qꝛ vt dr̄. j. Coꝝ. xv. coꝛru-
ptio incoꝛruptelā nō poſſidebit. ⁊ a ci
uitate gl̄ie oēs imūdi foꝛ erūt. Apoc.
vlt̄. Et ſimiliter. opoꝛtet mūdū a ꝯrijs
diſpoſitiōib⁹ anq̄ꝫ in nouitatē gl̄ie ad-
ducant̄ ꝓpoꝛtionari ei qd̄ d̄ hoīe dictū
eſt. Quis aūt res coꝛꝑalis ſubiectuȝ
infectiōis culpe eē nō poſſit. tn̄ ex cul
pa q̄dā incōgruitas in reb⁹ coꝛpoꝛeis
relinq̄t̄ ad h̄ ꝙ ſp̄ūalib⁹ dedicent̄. Jdō
videm⁹ ꝙ loca i q̄b⁹ aliq̄ crimia ſūt cō
miſſa nō deputant̄ ad aliq̄ ſacra i eis
exercēda niſi purgatiōe q̄daȝ p̄miſſa.
Et ſm h̄ ex pc̄tis hoīm quādā indo-
neitatē ad gl̄ie ſuſceptōnē ꝑs mūdi re
cipit q̄ i vſuȝ nr̄m cedit. vn̄ quātū ad h̄
mūdatiōe indiget. Et ſil̄r circa mediū
locum ꝓpter elemētoꝝ cōtactū multe
ſunt coꝛruptiōes ⁊ generatiōes ⁊ alte
rationes q̄ puritati eoꝝ derogāt. ⁊ idō
ab his opoꝛtet elemēta purgari. Sed
diceres ꝑ q̄d purgabit̄. Rn̄. ſm Aug.
.x. de ciui. dei. ⁊ habet̄ in glo. j. Coꝝ.
.vij. Figura hui⁹ mūdi p̄terit. dic̄ glo
Pulcritudo huius mūdi. mūdanoꝝ
ignīū coflagratiōe peribit. Qd̄ decla-
rat Tho. vbi p̄us dicēs. Jlla mōi pur
gatio vt dictū ē remouebit a mūdo in
fectionē ex culpa relictā ⁊ ipuritatē cō
mixtionis. ⁊ erit diſpoſitio ad gl̄ie ꝑfe
ctionē. Et idō q̄ntū ad hec tria cōuenie
tiſſime fiet ꝑ ignē. ¶ Pm̄o qꝛ cū ignis F
ſit nobiliſſimū elemētoꝝ habet nāles
ꝓprietates ſiles ꝓprietatib⁹ gl̄ie. vt ma
xime ptȝ d̄ luce. Scdo qꝛ ignis nō ita
recipit cōmixtionē extranei ꝓpt̄ effica
ciam virtutis actiue ſicut alia elemē-
ta. Tertio quia ſpera ignis remota eſt
a noſtra habitatiō e. nec̄ꝫ ita cōmunis
eſt nobis vſus ignis ſicut terre. aque
aeris. vn̄ nō ita inficit̄. ⁊ ꝓpt̄ h̄ hȝ ma-
gnā efficaciā ad purgandū ⁊ ad idem
ſubtiliādū. Etiā circa finē mūdi regna
bit viciū cupiditatis. mūdo iā q̄ſi ſe-
neſcēte. qꝛ vt dr̄ Math. xxiiij. Tūc re
frigeſcet charitas m̄ltoꝝ. Vn̄ tūc etiā
purgatio ꝯueniēter fiet ꝑ ignē. Sȝ di
ceres. vſq̄ꝫ q̄ ignis attinget. Rn̄. ſm ꝙ
dicitur. ij. Pet̄. iij. tm̄ aſcendet i iudicij
ignis quātuȝ aq̄ diluuij ſcȝ q̄ndeci cū
bitis ſuꝑ oēs mōtes. Per ignē eīm po
terūt ꝯſumi ipuritates elemētoꝝ q̄ ex

coꝝ cōmixtiōe ꝑuenlūt. hmōi aūt impuritates ꝓcipue ſunt circa terraꝫ vſqꝫ ad mediū aeris interſticiū. vñ vſqꝫ ad illud ſpaciū ignis vltie ꝯflagratōis elemēta purgabit. Tm̄ etiā aq̄ diluuij aſcēderūt. qḋ ꝓbabiliter eſtimari pōt ex altitudine montiū q̄s determiata mēſura trāſcēderūt. Sꝫ diceres q̄r loca purgatōe indigēt. Rñ. Infernꝰ nō purgabit. qꝛ totū qḋ ē fedū in elementis ꝑ ignē ad locū dānatoꝝ ꝯgregabit. vñ ad infernū purgamēta adducent. Celū vō purgatōe nō indiget. qꝛ licet diaboli ibi peccauerūt. tñ cū ſtatī diaboli inde eiecti fuerūt nō fuit locꝰ peccādi. Eadē rōne nec ꝑadiſus. nec ſpere ignis. nec ſupior regio aeris. Sed diceres q̄ ordine erit purgatio ꝑ ignē z iudicij aduētus. Rñ. ſm eūdē ibidem Prīo ꝯflagratio ignis q̄ mundū purgabit iudicē ꝓcedet. Vñ pš. Ignis ātē ipm ꝓcedet. Scḋo vt dī diſ. xlviij. q̄rti ꝑ totū. tā bonorū q̄ꝫ maloꝝ hoim corpora tūc vniuēſiū incinerabit ꝫ differēt. qꝛ in mortali ꝯtunc manētes penoſe cremabunt. in venialibꝰ exūtes purgabunt penoſe z vtilit. ꝫ mūdi reſoluent ſine dolore. Tertio oim tā maloruꝫ q̄ꝫ bonoꝝ reſurrectio mortuoꝝ fiet. z reſurrectio bonoꝝ z eoꝝ corpoꝝ glificatio ſil' erit. Vñ. j. Cor. xv. Seminat' in igbilitate. z reſurget i glīa. Sil' aūt cū corpa glioſa ſanctoꝝ glificabunt. etiā tota creatura ſuo mō renouabit. vt pꝫ Ro. viij. Ipa creatura liberabit a ſuitute corruptōis i libertatē glie filiorū dei. Quarto boni in ictu ocli rapient ꝓpria vtute agilitatis dote obuiā xp̄o in aera. j. Theſal'. iiij. Et ꝯtūc xp̄s iudex veniet. z ignis ſm illud pš. Inflāmabit in circuitu inimicos eiꝰ ſcꝫ xp̄i. Quīto pꝰ iudicis ſniaꝫ ignis inuoluet malos virtute diuina Vñ Daniel'. vij. Fluuius igneus rapidusqꝫ egrediet' a facie eiꝰ. glo. vt pctōres trahat in gehennā. Et loquit' eadē glo. de igne de quo nūc ē mētio. vt pꝫ ꝑ quandā glo. q̄ ibi dicit. vt bonos purget z malos puniat. Vñ q̄cq̄d groſſum ē in igne z fedū ſepabit a puro igne z retrudet' in infernū. q̄cq̄d aūt pulcrū ē z nobile et ſubtile z lucidū in ſupiorib' reſeruabitur ad gloriā ſanctoꝝ. vt dicit glo. Baſilij ſup illo pš. Vox dñi intercidētis flāmā ignis. Vñ Lu. iij. Cuiꝰ ſupple. iudicis vētilabrū i manu ſua z purgabit areā ſuā z ꝯgregabit triticū ſuū. id eſt. electos in horreū. paleas aūt. i. reprobos cōburet igne inextinguibili. Sꝫ diceres. Quō innouabunt alia corpa ꝯtūc ex quo nō purgabunt oia. Rñ. ſꝫ Tho. z alios ſup mā diſ. xlviij. ar. iiij. Quedā corpa purgabūt vt elemēta z corpa btōꝝ. Vñ terra erit tunc vt criſtallus. z planabit. Aer erit clarior. nec habebit obſcuritatē. vētos impreſſiōes alias. nec ſilia. Aq̄ z ignis fient puriora z manebūt ſm ſbſtātias z q̄litates ꝓprias. q̄ ſenſus ſanctoꝝ mulcebūt luce ꝑſpicuitate z. ꝓmis q̄litatibus. non aūt nocebūt. Alia aūt corpa innouabūt ſupius. qꝛ ſol ſtabit i oriēte. luna in occidēte. z motꝰ oim celoꝝ ceſſabit ipis q̄eſcētibꝰ. z oia ampliori luce illuſtrabūt. z ſic a motu z a minori luce liberabunt. Vñ Eſa. lxv. Ecce ego creo celū nouū z terrā nouā. z nō erūt i mēoria priora. Et Apoc. xxj. Vidi celū nouū z terraꝫ nouā. Vñ Eſa. xxx. Erit lux lune ſicut lux ſol'. z lux ſolis erit ſeptēplr ſic' lux ſeptē dieꝝ in die qua alligauerit dñs vulnꝰ ppl'i ſui. vbi glo. interli. poſt iudiciū. z celū erit nouū z terra noua. oia eñ ꝓpter hoieꝫ facta in eiꝰ lapſu peiorata ſunt. z ſol z luna ſuo lumie miorata. ꝫ ibi. Sup q̄ dic' Tho. diſ. xlviij. q̄ q̄dā illā minoratione ad l'raꝫ ꝓbabilit' intelligūt. ꝫ alij ꝓbabiliꝰ vt dic'. dicūt q̄ mioratio illa facta ſit q̄ ad viſuꝫ hois nō in ipis celis

ſic ꝙ hō poſt pctm̄ nō tm̄ cōmodū cō
ſecut⁹ ē ab eis ſic añ. Per quē modū
etiā Gen̄.iij.terra maledicta dicitur
in ope Ade.vt ſic ſit minoratio i reb⁹
nō ſm ſubſtātiā ſ; ſm effectū. Vn̄ hō
an̄ pctm̄ tantū cōmodū habuit ex lu-
mine lune.ſic nunc ex lumie ſolis.ſed
poſt reſurrectionē lux lune augmēta
bit ſm rei veritatē. Et vt dicit. tūc luna
lucebit tantū quātū nūc ſol lucet.ſol
aūt in ſeptuplū plus ꝙ̄ modo luceat.
Quātitas aūt melioratōis ꝛ mod⁹ il-
li ſoli cognita ē qui erit melioratiōis
actor.oia ſūt Tho. Oia etiā p̄fata tan
git apl's. Ro.viij.dicēs. Scim⁹ qm̄ cre
atura ingemiſcit ꝛ parturit vſ ꝗ adhuc
.i.ad modū igemiſcētis ꝛ parturiētis
ſe hȝ motu gn̄atōe.corruptōe ꝛ m̄ltis
alijs. Seqt ibi. Nō ſolū aūt illa ſ; nos
ipi p̄mitias ſpūs hn̄tes ꝛ ipſi itra nos
gemim⁹ expectātes redēptionē corpiſ
nr̄i.ſpe em̄ ſalui facti ſum⁹. Cū igitur
tāta inouatio fiet.bn̄ xp̄s ait Luc.xxj.
Celū ꝛ terra trāſibūt.ſupple.q̄ ad ſpēȝ
quā nūc hn̄t.nō q̄ ad ſubſtantiā.Et.j.
Cor.vij. Preterit figura hui⁹ mundi

I ¶ Dubitat.cur iſta inouatio fiet. Rn̄.
ſm Tho.ibidē. Primo vt habitatōes
cōueniētes glificatis corpib⁹ dedicēt.
Scdo vt p labore q̄ hoi iuſſu dei ſerui
erūt remunerent. Tertio vt bti deū in
innouatis tanꝗ in ſpeculo mundiori
ſpeculēt. Dubitat. vtrū aialia plante ꝛ
mineralia maneāt ſm ſubſtantiā poſt
iudiciū. Rn̄.idē ꝙ nō.ſ; tn̄ bti nās eorū
cognoſcēt optie.vt in tertio dicet gau
dio. Rō q̄re nō manēt. Pria q2 illa q̄
manēt dn̄t de ſui nā eſſe ppetua vt ho
mini tūc aſſimilēt. ſ; p̄fata nō ſūt hu-
iuſmōi ſ; hō celi.angeli ꝛ elemēta. Se
cūda.p̄fata corruptibilia ſolū ſūt cre-
ata ppt hoiēȝ vt eū in h̄ exilio iuuēt ad
ꝑpriā.ſm illud ps̄. Oia ſubiecisti ſb
pedibus eius ꝛc̄. Et Ro.j. Inuiſibilia
dei a creatura mūdi p ea que facta ſūt

intellecta cōſpiciūt. ſ; poſt iudiciū
oēs erūt in termino ſeu pr̄ia i ferni vel
celi.ad q̄d g̃valerēt cū null⁹ eis egeat
Tertia cāꝛ redit in ſcdāȝ.q2 iō nūc ſūt
p̄fata corruptibilia vt hō iuuet ad cō-
ſtructionē domus patrie. ſ; finito mū
do corruptibili q̄lbet ē in domo cele-
ſti ergo deponi dn̄t ſcale q̄ ſunt he cor
corruptibiles creature.ſicut fit in p̄pa
ratione turriū ꝛ palacij terreni.

¶ Capitulum.vj.

Tertiū p̄ncipale gaudiū extrin-
ſecū erit viſio corpalis delecta-
biliſſima. ¶ Vbi nōndū p̄ ſm A
Tho.in.iiij.diſ.xliiij.ꝙ oēs q̄nꝗ ſēſuſ
erūt in actu in pr̄ia. Rō. q2 ibi erūt in
maiori pfectōe ꝙ̄ hic. ſ; hic ſūt in actu
ergo ibi. Itē vicin⁹ ſe hȝ ſenſus ad aiaȝ
ꝙ̄ corpus. ſ; corp⁹ p̄miabit per dotes
fluētes ab aia.g̃ ſenſus. Itē ſoci⁹ labo
ris dȝ eē ſoci⁹ cōſolationis. ſ; q̄nꝗ ſen
ſus hic fuerūt laborādo aie. g̃ ipa cō
ſolata ſcȝ aia.ipſi.i.ſenſus p̄miari dn̄t
Scdo nōndū ꝙ q̄lbet ſenſus in pr̄ia
cognoſcet aliqua ſingularia vel ſaltē
aliqd ſingulare.ꝛ p̄cipue magis excel
lens de qualibȝ ſpecie rerū ſenſibiliū.
Probat mgr̄ Ioh. de tābaco.li.de ſen
ſibilib⁹ delitijs padiſi.q2 ſm doctores
cōmuniter in patria plus reſtituetur
ꝙ̄ in padiſo Adam pdidit.ſed in padi
ſo fuiſſet ꝯgnitio rerū ſenſibiliū.igr̄ ꝛc̄.
¶ Tertio nōndū ꝙ ꝙ̄uis poſt hāc vi- B
tam nō ſint q̄dā ſenſibilia.puta aialia
plāte ꝛc̄.tn̄ p influxas ſpēs ſenſibus a
deo mediāte intellectu pn̄t verſificr in
pr̄ia videri ſenſibilia p̄terita nō exn̄tia
Patet. q2 aia ſepata ſm Tho. in.iiij.
intelligit intelligibilia p ſpēs influxaſ
ergo ꝛ ſenſus pcipit ſenſibilia p ſpēs
influxas. alr̄s ſenſus nō ꝓportionaret
intellectui.ꝑtunc in pfectibilitate qd̄
mōſtruoſū foret. Et hāc ſenſatiōȝ nec
ſit⁹ nec diſtātia nec abn̄tia ſenſibil' im
pediet nec interpoſitio. Patet. q2 ſm

Tho. diuia virtus beatis ad nutū in oib⁹ ſubueniet ꝛ aderit ꝛ aſſiſtet i oib⁹ q̄ volunt. cū h̄ tñ oēs q̄nqꝫ ſenſus ſen tient i pṗia ſua ꝓpria obiecta ꝑ ſpēs re ceptas a ſenſibilib⁹ ꝓtunc exñtibus. Probat̄ etiā ex dictis ſancti Tho. in .iiij. diſ. vlt̄. q. vlt̄. dicētis. A btis nihil abſtrahi dꝫ qđ ad ꝑfectionē beatitudi nis ptinet. ſꝫ ſentire ꝑ ſpēs iſfluxas nō ſolū ꝑ receptas ē hmōi.
C His ſuppo ſitis videbit oculus bti q̄nqꝫ in gene rerōne quoꝝ gaudiū ſūmū habebit. Primo nō exñtia poſt iudiciū vt flo res. aīalia. piſciculos. aues. ꝛ ſilia vi debit veriſilit̄ ꝑ ſpēs ſenſibiles a deo influxas. ptꝫ qꝛ illa vidiſſet in ſtatu in nocētie. ſꝫ in pṗia plus videbit. Scđo videbūt ſcti mūdū ꝓtūc ſenſibilē in q̄ttuor elemētis. tūc purgatū ꝛ celoꝝ ſperis ſtellis ꝛ planet̄ innouatā vt s̄. dictū eſt. Tertio videbūt corpa btoꝝ tūc pulcerrima. Vñ Anſel̄. li. d̄ ſilitu dinib⁹. Pulcritudo quā ꝑfecte h̄ nul lus hꝫ nālīter ab hoie appetit̄. In illa v̄o btitudine pulcritudo iuſtoꝝ ſolis excellet pulcritudinē q̄ ſeptēplicit̄ ꝯ̄ mō ſit ſplēdidior. Fulgebūt inq̄t iuſti ſic ſol in regno ꝛc̄. Corp⁹ ſiq̄dē dñi ꝑ lucere ſoli nullus ambigit ſan⁹. cui tñ ſiles erimus. teſte aplo. Reformabit corpus hūilitatis nr̄e ꝯfiguratū corpi claritatis ſue. h̄ de Anſel̄. Quarto vi debūt dānatos i iferno. vt ꝓbat Tho. diſ. vlt̄. iiij. Nā Eſa. vlt̄. dr̄. Egredient̄ ꝛ videbūt cadauera viroꝝ q̄ ꝑuaricati ſunt in me. glo. Electi egredient̄ intel lectiua vel manifeſta viſione vt ad lau dē dei magis accēdant̄. Probat̄ etiā rōne. qꝛ a btis nihil abſtrahi dꝫ qđ ad ꝑfectionē btitudis ptineat. vnūq̄đqꝫ aūt ex cōpatiōe ꝯrij magis cogn̄ſcit̄. qꝛ ꝯria iuxta ſe poſita magis eluceſcunt ꝛ iō vt btitudo ſctoꝝ eis magis cōpla ceat. ꝛ d̄ ea vberiores grās agāt. dat̄ eiſ ꝑ penas impioꝝ ꝑfecte intueant̄. Ex quis corpa dānatoꝝ fiant turpiſſima tñ viſio btoꝝ ſic ꝛ dei ꝑ h̄ nō ledet̄. nec ꝓtunc bti cōpatient̄ dānat̄. qꝛ ſūme ſe ꝯformāt diuie volūtati. q̄ punit dāna tos. ſꝫ de penis eoꝝ gaudebūt. nō in quātū penā hñt dānati. ſꝫ inq̄ntū in pe na dānatoꝝ cōſiderāt ordinē diuie iu ſticie ꝛ ſuā liberationē. Vñ i pſ. Leta bit̄ iuſtus cū viderit vindictā. Quito videbūt xp̄i hūanitatē in iudicio ꝛ ſꝑ Vñ Luc. xxj. Tūc videbūt filiū hois venientē cū ptāte magna ꝛ maieſtate. q̄ ad gloriā ptinēt. In pmo em̄ aduen tu ſꝑ humilit̄ veniet. ſꝫ i ſcđo cū ptāte ꝛ maieſtate veniet vt gl'iaꝫ pṙis oñdat ꝛ ptātē dānatis. veniet cuꝫ cicatricib⁹ ꝛ ſigno crucis. q̄ btis delectabiliſſima erunt ad videnduꝫ.
D Eſt etiā hic ſm Johannē de Tābaco notandū vbi s̄. ꝙ in quolibet ſenſu m̄litudo delecta tionis cauſat̄ in patria ex ſex. videlicet Ex reſtitutiōe cōmodi nālis. Ex me lioratione obiectoꝝ. Ex acumie potē tie ſenſitiue. Ex diuerſitate viſibiliū. Ex ꝯiectura deitat̄ ꝑ ſenſibilia. Et ex hoc ꝙ nec diſtātia ipedit obiecta nec ſit⁹ nec interſticiū. ꝛ h̄ veꝝ ē q̄ ad ſpēs influxas. ſꝫ receptas ſpēs ſenſ⁹ adhuc valde a remot̄ ſm Tho. ꝑcipiet. Vñ v̄ſus. Comodū. obiectū acuit. diuer ſa diſtātia de⁹. Exēpli grā. in ꝓpoſito de viſu ſex facient ad ei⁹ ꝑfectiſſimā de lectationē. Pṁo reſtitutio cōmodi na turalis. qꝛ in ꝑadiſo habuiſſet tm̄ cō modū de lumie lune ſic nūc de lumie ſolis. vt allegatū fuit ſupra ſuper Eſa. .xxx. ſꝫ ſtat⁹ gl'ie ꝑfectiora reſtituet ꝑdi ta in ꝑadiſo. Scđo ad magnitudinē delectatōis i viſu faciet melioratio ob iectoꝝ i ordie ad viſū. ſiue ſint elemēta celi. ſtelle. ſiue etiā corpa ſctoꝝ. ꝛ etiaꝫ alia q̄ ꝑcipiem⁹ ꝑ ſpēs influxas. vt ꝓꝫ ꝑ gloſam. Eſa. xxx. dicentē. oīa melio rari hoie reſurgēte ſic deteriorata ſūt ipo cadente. Conſiſtit aūt melioratio

in q̄ttuoꝛ. videlicet in augmētatione
lucis. i clarificatiōe coloꝛis. in ꝯueniē
tia mēbroꝝ. i coꝛpali pulcritudie be-
atoꝝ q̄ coloꝛati erūt cādido ꝛ rubicun
do puriſſimis coloꝛibꝰ ſm optime cō
plexiōis ꝯuenlētiā ꝛ phiſonomie de-
cētiā. Eruntqꝫ etiā coꝛpa eoꝝ terſa ꝛ po
lita ꝛ ꝑſpicua. decētiſſime q̄ntitatis. li
cet vnꝰ alio maioꝛ ſit q̄ntitate. ſm ꝙ h̄
ꝯueniſſet nā nō errāte. Cicatrices etiā
ꝓ xp̄o ſuſcepte. ſic̄ ꝛ xp̄i erūt decētiſſi
me. Nā pulcritudo minimi ſancti ad
minꝰ erit q̄nq̄geſiesvel fere tāta q̄nta
eſt modo pulcritudo n̄ālis cuiuſcūqꝫ
coꝛpis etiā celeſtis. Et pulcritudo ſcti
in duplo maioꝛis meriti fere centies
tāta. ꝛ ſic deinceps ſm maiꝰ meritū.
Nō ē. qꝛ ex ſupꝛadictꝭ minimꝰ ſctūs
erit ꝑtunc ſepties excedēs pulcritudi
nē ſolis ꝑtūc. q̄ erit ſic̄ lux. vij. dierū.
Eſa. xxx. ẜ ſepties ſeptē faciunt. xlix.
ẜ ꝛc. Tertio ad magnitudinē delecta-
tionis i viſu faciet acumē viſus ꝛ cla-
ritas oculoꝝ q̄ maioꝛ ꝛ minoꝛ erit ſm
merita vie. Nec oculi q̄cūqꝫ lumie of
fendent. qꝛ oīa lumia tūc mulcebunt
nō ledēt. ſic̄ ꝛ diſcipli xp̄m viderūt coꝛ
ruptibilibꝰ ocul' cū maxio gaudio in
trāſfiguratiōe dicēte Petro. Dn̄e bo-
nū ē nos hic eē ꝛc. Et ſm Johēꝫ de tā-
baco vbi ꝓus nōndū. ꝙ ſi hō nō eq̄lit
meruit ſm viſuꝫ vl' ſm auditū. ꝛ ſic de
alijs ſenſibꝰ. ſm h̄ magis vl' minꝰ me
lioꝛabūt obiecta illiꝰ vl' alteriꝰ ſenſus.
ſaltē ẜꝫ effectū. ſ. cōmodi vl' delectatio
nis. Q̄rto ꝯfert ad multitudinē dele-
ctationis i viſu. diuerſitas viſibiliū. qꝛ
videbimꝰ ꝑ ſpēs receptas oēs ſperas
celoꝝ oēs ſtellas. oīa elemēta. oīa ſan
ctoꝝ ifinita q̄dāmō coꝛpaꝛ dānatoꝝ. ꝛ
ꝑ ſpēs influxas ō q̄libet ſpecie aialiū.
plātaꝝ. lapidū. roſaꝝ. violaꝝ ꝛ mine-
raliū. videbimꝰ aliq̄. vl' de q̄libet ſpe-
cieꝛ ō ſingulis ſpēbꝰ excellētiſſimū il
lius ſpēi. qꝛ talia in ſtatu inocētie ha-

hūiſſemꝰ. Q̄nto augebit delectatiōeꝫ
viſus. viſio deitatis i q̄libet creatura
ꝑtūc exn̄te. Vn̄ q̄uis oculus coꝛpal'.
directe ꝛ ſic̄ viſibile ꝑ ſe nō poſſit vide
re deū cū nō ſit coloꝛatꝰ nec lucidꝰ coꝛ
poralit. tn̄ vt dic̄ Tho. i. iiij. diſ. xlix. vi
debit oculꝰ deitatē ſic̄ viſibile ꝑ accn̄s
cū ex vna ꝑte viſus coꝛpal' tantā gl'iaꝫ
dei inſpiciet. in coꝛpibꝰ ꝑcipue gl'ioſis
ꝛ maxie i coꝛpe xp̄i. ꝛ ex ꝑte alia itelle
ctus tā clare videbit deū ꝙ in rebꝰ coꝛ
poralibꝰ viſis deꝰ ꝑcipiet. ſic̄ i locutōe
ꝑcipit' vita. Vn̄. Augu. ō ciui. dei. dic̄.
Valde credibile ē ſic nos viſuros tūc
mūdana coꝛpa celi noui ꝛ terre noue.
vt deū vbiqꝫ p̄ſentē ꝛ vniuerſa coꝛpalia
gubernātē ꝑ ſpicuitate clariſſima vi-
deamꝰ. Nō ſic̄ viſibilia dei ꝑ ea q̄ fa-
cta ſunt itellecta ꝯſpiciunt'. ẜ ſic̄ hoies
moꝝ vt aſpicimꝰ nō credimꝰ viuē ẜ vi
demꝰ. hec. Aug. ꝛ Tho. Sextū augēs
multitudinē gaudij i viſu. ſupꝛatactū
eſt ſatꝭ. qꝛ nec diſtantia. interſticiū nec
ſitꝰ viſuꝫ ipediet. Quartū ꝑncipale
gaudiū extriſecū erit ꝑ auditū. q̄ erit i
actu vl' in cātu. Probat Tho. i. iiij. diſ.
xliiij. ꝑ Aug. dicētē ſup illud pſ̄. Ex-
ultatiōes dei i gutture coꝝ. Coꝛda et
lingue coꝝ nō deſinēt laudare deum.
Idē habet' ꝑ glo. ſup illo Oſee. iiij. In
cātico ꝛ cymbal'. imo in p̄ria erit riſus
vt dic̄ Tho. q̄dlt. xj. q. vj. ſm illō Job.
viij. Impleat' os meū riſu. ꝛ labia tua
iubilo. Nō ſolū aūt vt ꝓbat mgr' Jo-
hānes de tābaco vbi ꝓus. i p̄ria modꝰ
audiēdi erit ꝑ imutationē ſoni realē.
ẜ etiā ꝑ ſpēs ifluxas diuinitꝰ auditus
ſm q̄s habebit iocūditatē cātꝰ philo-
mene ꝛ aliaꝝ auiū. qꝛ i ſtatu innocētie
hō iſta etiā habuiſſet. Ad magnitudi-
nē etiā delectiōis i auditu faciēt ſex q̄
de viſu tacta ſūt. Primo reſtitutio cō
modi n̄ālis. qꝛ eni ad hoīs pcm̄ oīa de
teriorata ſūt. Nō i ſtatu inocētie tātaꝫ
delectatiōeꝫ hūiſſet ad vocē cicade ſic

mō ad vocē phllomene. ſ; poſt reſur-
rectionē reſtituet᷑ ⁊ ampliꝰ dabit᷑ au-
ditui. Scḋo ad gaudiuʒ auditꝰ faciet
melioratio obiectoꝝ audibiliū. q̄ me
lioratio ↄſiſtet in ṽboꝝ ſignificatiōe.
in organoꝝ emūdatione. in exterioꝝ
impedimētoꝝ amonitiōe. ⁊ i ipſaꝝ vo
cū claritatis ſupnālis pfectiōe. Naʒ q̄
ad primū q̄nto vox ē maioris charita
tis expſſiua tanto delectabilioꝛ ē. Cō-
fert etiaʒ q̄nto ↄſonātia magis debita
ſm noticiā artꝭ muſice quā exercebūt
aliq̄ñ actu vt potētia educat᷑ in actū ⁊
deus glorificet᷑. Vñ cātus h̄ q̄rūcūq̧
muſicoꝝ in ↄpatiōe ad celeſtē muſicā
eſt veluti rugitꝰ ruſticoꝝ h̄ reſpectu na
turaliū hic cantoꝝ. Et ſm groſſaʒ eſti
mationē erit in q̄rundaʒ ſctōꝝ vocibꝰ
ſuauitas q̄nquageſies tāta quāta nūc
eſt nālis ⁊ artificialis vocū ⁊ ſonoꝝ
ſuauitas. In q̄buſdā cēties tanta. Et
ſic aſcēdēdo. ſic ḋ pulcritudie coloris
dictū ē. Tertiō gaudiū auditꝰ augebit
maioꝛ pfectio auditui organi q̄ ad ab
lationē coꝝ q̄ auditū ipedire poſſent.
Quarto mltitudo ⁊ varietas audibi-
lium ſm ſpēz ⁊ nūerū q̄ maiora erunt
ſil' vl' ſucceſſiue q̄z h̄. Quīto q̄ p accñs
in vocibꝰ ⁊ ſonis audiemꝰ deū i oībꝰ
Sexto nec diſtātia interſticiū. nec ſitꝰ
F ſonū impediet. Quītū pncipale ex
trinſecū gaudiū erit p olfactiuū ſenſū
odoratu. Vñ dicit Tho. diſ. xliiij. iiij.
Odoꝛ erit i pīa. cū eccl'ia cātet q̄ odoꝛ
ſuauiſſimꝰ erūt coꝛpa ſctōꝝ. Nā odoꝛ
in via nō ſolū ē fumal' enaporatio ſed
etiā ſpūal' q̄dā ad odoratū mltiplica-
tio. ſ; in coꝛpibꝰ glōſis erit odoꝛ i ſua
vltima pfectiōe. nllo mō p hūidū ſup
preſſus. ⁊ tñ immutabit ſpūali imuta
tione ſic odoꝛ fumal' ⁊ ſenſus odoratꝰ
in ſcis. q꞉ nulla hūiditate ipediet᷑. Co
gnoſcet nō ſolū excellētias odoꝝ ſic i
nob nūc ↄtingit ꝓpt cerebri nimiā hūi
ditatē. ſ; etiā minimas odoꝝ drīas. hec
Tho. Et nō ſolū odoꝛabimꝰ p imuta
tionē ab obiectꝭ ſctōꝝ coꝛpm. ſ; etiā p
ſpēs influxas odoꝛabiliū odoꝛabimꝰ
balſamū cinamomū ⁊c̄. Ad magnitu
dinē aūt delectatiōis i odoꝛatu ſex fa-
ciēt. Prio repatio nālis cōmodi. q꞉ in
padiſo ſi māſiſſemꝰ ad odoꝛē rute tm̄
cōmodū hūiſſemꝰ. ſic mō i tota apo-
theca. ſ; i pīa plus ſaltē i eq̄pollēti re
ſtituet᷑. Scḋo melioratio obiectoꝝ. vt
groſſa eſtimatiōe coꝛpis glōſi mioꝛis
meriti q̄nq̄geſies tāta ſit quāta ē nūc
q̄cūq̧ ſuauitas ⁊ cēties in duplo ſan-
ctioris. Vñ imaginādū ē coꝛpꝰ btī q̄ſi
q̄ḋdaʒ coꝛpꝰ cōpoſitū ex roſis lilijs ⁊
ſilibꝰ optie redolētibꝰ. nutritū cina-
momo ⁊ ſūme odoꝛiferꝭ ⁊ punctū bal
ſamo ⁊ optimis vnguētꝭ. tale erit ob-
iectū olfactui. Tertio ↄfert ſic pus di-
ctū eſt ḋ alijs. Sic etiā ḋ q̄rto. v. ⁊. vj.
Sextū pncipale extrinſecū gaudiū G
erit guſtus. Vñ ſm Tho. vbi ſ̄. guſtꝰ
hʒ ⁊ habebit i pīa mediū ↄiūctū ⁊ erit
in actu. nō tñ ſm q̄ ē ſenſus alimēti ſ;
erit ſʒ q̄ḋ ē iudiciū ſapoꝝ. ita tñ q̄ nō
imutabit᷑ ab aliq̄ cibo vl' potu ſumptu
niſi forte dicat᷑ q̄ ibi guſtꝰ erit i actu p
immutatōeʒ lingue ab aliq̄ hūiditate
adiūcta. Et q꞉ ſctūs Tho. nō dubitat
q̄n i actu fiat guſtꝰ. ſ; modū ſb dubio
reliq̄t. Tradit mgr̄ Iohes vbi ſ̄. mo-
dū dicēſ. q̄ i pīa guſtꝰ erit i actu p im
mutatōnē ſpūalē ſeu intētionalē abſ-
q̧ ſūptiōe p modū cibi ⁊ maſticatiōe
facta a coꝛpe btōꝝ. mediāte tñ ſapoꝛe
eis formalit᷑ inherēte. q̄ coꝛpa ſi maſti
cata fuiſſent añ glorificationē nata fu-
iſſent mediāte ſuo ſapoꝛe guſtū imu-
tare. Vñ i patria beati dupl'r guſtare
poſſunt. Vno mō p intētionalē imu
tationē lingue a ſapoꝛe ſctis inherēte
Alio mō p influxū ſpēꝝ a deo. ſic de
alijs ſenſibꝰ dictū ē. Ad magnitudinē
etiā guſtatiui gaudij facient ſex. Prio
reſtitutio cōmodi nālis. quia Adā in

ſtatu innocētie de comeſtione alicu9
fructus vel aq̄ tm̄ delectat9 ē. ſic mō
q̄s delectaẜ in guſtu clareti vel zucari
plus aūt in pr̄ia reſtitueẜ q̄ȝ p Adā p-
ditū eſt. Scd̄o ꝯfert melioratio obie-
ctoꝝ i ordine ad guſtū. Nā ceteris pa
ribus quātuȝ pulcritudo corpoꝝ glo-
rioſoꝝ excedit oēm pulcritudinē cor-
porū nūc exiſtentiū tm̄ ad min9 exce-
det ſuauitas ſaporis corpoꝝ glorioſo
rum in ſtatu futuro oēm naturalē ſu-
auitatē ſaporis toti9 mūdi. ita vt cor-
pus minimi ſancti ſit q̄nq̄geſies ſua-
uius q̄ȝ ſapor mell' zucari vl' cuiuſcū q̄ȝ
alterius rei ſaporoſe in p̄ſenti. Nō tn̄
dentib9 maſticabim9 vl' cōterim9 ſed
deo influēte ꝑcipiem9 intētionaliter.
De reſiduis q̄ttuor dicendū eſt ꝓpor-
tionabiliter ſicut de viſu. ¶ Septimū
p̄ncipale extrinſecū gaudiū eſt actua-
tio tact9. Vn̄ ⁊ xp̄us glorificat9 tact9
eſt. Et Joh. xx. ait. Noli me tāgere. Et
beata Agnes ait. Quē cū tetigero ca-
ſta ſum. mediū aūt tactus ſicut ⁊ gu-
ſtus ꝯiunctū eſt. Modus aūt tāgēdi
ſm̄ Tho. vbi p̄us talis eſt. q̄ erit imu-
tatio ſp̄ūalis a q̄litatib9 tāgibilib9. ſic
etiā in corꝑe Ade fuit. q̄ nec vrere. nec
gladius ſcindere potuiſſet. ⁊ tn̄ horuȝ
ſenſum habuiſſet. Impaſſibilitas em̄
dos excludit naturalē imutationē. ſ
ſp̄ūalis erit. Itē erit ſine oi imutatio-
ne quā ſubiectū ꝑ ſe faciat. ſȝ ꝑ ſpecies
erit ipſi tactui a deo influxas. Ex q̄ ſe
quiẜ q̄ nec tactus impedieẜ diſtantia
nec ſitu nec interpoſitione. Hūc ſen-
ſum etiā ſine influxis ſpēbus oēs pūt
hr̄e ſic ⁊ viſuȝ. vt dic̄ Tho. Erūt etiā in
p̄ria amplexus ⁊ oſcula ad p̄entes co-
gnatos. amicos. ⁊ natos. vt dic̄ Joh.
ep̄s in ſmone d̄ oib9 ſctis. Itē Bern.
in ſmone de oib9 ſctis. Sȝ tact9 tales
⁊ oſcula erūt ſine oi venerea ꝯcupia.
Sicut etiaȝ in via ex naturali pietate
mater filiuȝ. parentes natos. ⁊ alieni

oſculanẜ iſantulos. ac Maria Eliza-
beth amplexata ē. Poterit etiā ꝑ ſpēs
influxas fieri ꝯtactus mutui inter di-
ſtantes. Ad tactus aūt gaudiū faciēt
ſex. ¶ Primo reſtitutio cōmodi nālis.
q2 in p̄ria erūt corꝑa terſa polita. ⁊ q̄li
tates prime ad mediū reducte tpatiſſi
me. ita vt minim9 ſanct9 in tangendo
habitur9 ſit quinq̄geſies tantā delecta
tionē. quantā nunc q̄cunq̄ꝫ hȝ de quo
cunq̄ꝫ tangibili. De reſiduis q̄nq̄ꝫ di-
cenduȝ ſicut de p̄cedētib9 ſenſib9. De
gaudio aūt q̄nq̄ꝫ ſenſuū p̄ſertim tact9
dicit Anſel'. li. de ſilitudinib9 ſic. Vo-
luptas quā hic q̄rere nitimur nō niſi
ꝑ anxietatē inueniẜ. cū ad id ꝑuenerit
hoies q̄d voluptatē putāt. nō niſi ado-
rando eadē frui valent. quo ſi nō fue-
rint imeditate fruitu in anxietatē ver-
tunẜ. Poſt hanc ꝟo vitā aut in oimo-
da voluptate ſunt. aut oino replebun-
tur anxietate. Sicut em̄ ferrū ignituȝ
qualibet ſui p̄te ꝯtinet ignē. Sic in ſe
boni voluptatē. Hanc voluptatē q̄a
nemo hic ſenſit. id̄o nec explanari pōt
ꝑfecte a quoq̄ꝫ. h̄ ille. Exēplū ē d̄ fauo
mellis q̄d in oi ſui p̄te melle penetraẜ
Et de buccella intincta vino optio vn-
diq̄ꝫ panē penetrāte. Sic voluptas pa-
trie oēs aie ⁊ corꝑis venas. oſſa medul-
las. artus. ⁊ cōplexionē penetrat. Si-
cut de igne videm9 in ferro ignito.

¶ Capitulum. viij.

Octauū p̄ncipale extriſecū gau-
diū ē dos ipaſſibilitas. ¶ Vbi
notādū p̄mo ſm̄ Tho. in. iiij.
diſ. xliiij. ⁊. xlix. q̄ dos ē ꝑpetu9 ornat9
aie ⁊ corꝑis in eṫna btītudine iugiẜ ꝑ-
ſeuerās. Eſt em̄ inẜ xp̄m hoiem ⁊ aiaȝ
q̄ȝlibet m̄rimoniuȝ ſp̄ūale. teſte ap̄lo
Eph. v. Sacr̄m hoc magnuȝ eſt. dico
aūt in chriſto ⁊ eccleſia. Ex q̄ habeẜ q̄
ſp̄ūale matrimoniū per corporale ſi-
gnificaẜ. Danẜ aūtē ſponſis carnali-
bus tria. dos. donatio ꝓpẜ nuptias. ⁊

paraſernalia. Dos eſt donatio facta
ſpōſe ex pte pr̄is. ⁊ ħ advſuȝ ſpōſi ꝓpt
onera m̄rimonij. ⁊ dat ad m̄rimonij
ſolaciū t̄n ad poſſeſſionē ſpōſe. Et ſic
dat ſpōſe i ꝓprietatē. licet ſpōſo detur
ad diſpēſatōȝ ſeu vſū ⁊ tradit qn̄ ſpōſa
in domū ſponſi traducit. Quis an̄ tra
ductionē ꝓmittat. Et ē dos nō q̄ȝ cū
ꝙ donū ſpōſe. ȝ ꝑcipue q̄ſi pr̄imoniū
ei⁹ de q̄ viuē ⁊ ſuſtētari debeat. Et ſcḋm
m̄ltas leges ſpōſus nō pōt dotē inui
ta vxore ab ea alienare. ¶ Sic in m̄ri
monio ſp̄uali q̄ō ē inter xp̄m. hoīeȝ ⁊
eccleſiā ſeu quālibȝ deuotā aīaȝ vl̄ ho
minē. tota trinitas q̄ ē p̄r n̄r eccl̄ie ſeu
deuoto hoī dat dona aliq̄ in ꝓprietatē
ad volūtatē t̄n ⁊ ad diſpenſationē xp̄i
ſpōſi qn̄ eccleſia vel aīa in domū ſpōſi
introducit q̄ō fit in p̄ria Quis ante tra
ductioneȝ hic ꝓmittat. q̄ dona dotes
appellantur. Et ſunt duplices dotes.
Quedā aīe. de q̄b⁹ in. iij. ꝑncipali dice
tur. Alie corpis. q̄ tā aīa ꝙ corp⁹ xp̄o
in p̄ria iūgēt. ¶ Scḋo nondū ꝙ ſicut
ſpōſis carnalib⁹ tria dant. Dos videlȝ
de q̄ dictū eſt. Donatio ꝓpt nuptias q̄
eſt illud q̄ō a ſpōſo dat ſpōſe. Et para
fernalia q̄ō ē illud q̄ō habȝ ſpōſa p̄ter
dotē. vt ſunt munera ab amicis data
ſponſe ⁊ filia. Sic in p̄ria cuilibet hoī
ſeu deuote aīe dat tria. dotes vt dictuȝ
eſt. donatio ꝓpt nuptias. q̄ō erit i futu
ro gaudiū q̄ō habebim⁹ reſpectu hūa
nitatis xp̄i eam cognoſcēdo ⁊ vidēdo.
De q̄bus poſtea dicet. Et paſernalia
que erunt alia dona poſtmodū decla
randa. ¶ Tertio notādū ꝙ corpus et
quelibet potētie ſenſitiue hoīs glorifi
cati q̄ttuor dotes habebit. id eſt. q̄ttu
or q̄litates ſupnaturales nobiliſſimaſ
que ſunt impaſſibilitas. ſubtilitas. a
gilitas. ⁊ claritas. Que q̄ttuor ponūt
in l̄ra ⁊ glo. j. Cor. xv. vt in ſequētib⁹
allegabit. Sūt aūt quattuor vt refert
Tho. diſ. xlix. propter quattuor virtu
